



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 4. Aurunci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

Arcanum: hodie *Arco*.

**SORA:** *Sora*; Græcis Σαῦρα Col. Ro. cùm Samnitibus crepta esset: apud Strabonem ab eâ non procul Liris oritur.

**LIRIS:** de *Cariglian*, aliter *Scafati* à *scaphâ*, per quam transitur; amplissimus, & limpidissimus in quem Claudio Fucinum lacum immisit, de quo vide Suetoniū.

FL V-	IN LIRIM	Cosas Frusinonem lauans, hodie <i>Piscia Leandro</i> .
VII	CADVN T	Trerus Fabrateriam alluens: <i>Trero</i> .
	MINORES	Melpis: hodie <i>Melfa</i> , & <i>Mele</i> .
VOL.	FL VVII	Fibrenus: <i>Fibreno</i> , eius meminit Tullius, & ait Lirim reddere gelidiorem.
SCO-	A STVRA	Fl. & Insula, in quâ fuit villa Ciceronis, teste Plutarcho; dictus est aliter <i>Stura</i> , <i>Festo</i> : hodie <i>Astura</i> , & <i>Stura</i> .
RVM.	Nymphæus	: <i>la Nympha</i> .
	VEENS, & Decennonius, <i>Anfento</i> , seu <i>Bandino</i> .	Hi maximè Pompti- nas paludes effi- ciebant.
	Amasenus: <i>Toppia</i> .	
P A- LVS	Aliter Pomptinæ; sic dicta quasi Pometina, à Suessâ Pometiâ ait Festus. Hanc paludem siccare meditabatur Iulus, præstitit Augustus; per hanc quoque Traianus viam saxo strauit. Siccata iterum sub Theodoricu apud Cassiodorum, vbi palus Decennonij dicuntur: certè meminit Fl. Decennonij Procopius, de quo suprà. <i>De Insulis postea capite decimo</i> .	

**N V M. 4.** *Aurunci*, hodie la partie de la terre de Labeur depuis Terracine, iusques vn peu au delà du Cariglian.

ORA	Spelunca villa: hodie <i>Sperlonga</i> ; vbi Tiberius adiit dis- crimen, seruatus à Seiano; Prætorium dicitur apud Suetonium.
M A-	AMYCLÆ deleteræ à serpentibus, aiunt Varro, Plinius, Seruius; à Laconibus conditæ, à Pythagoreis cultæ, qui quia non occidebant serpentes ab iis exterminati sunt: quare à Virgilio Tacitæ Amyclæ dicuntur: hic frequens vipera & insanabili morsu: olim ab illis

## DE ANTIQVA ITALIA,

dictus sinus Amyclanus, qui & Caietanus, & Formianus.

RITI-

CAIETA vrbs & Prom. à nutrice Aeneæ, aut à Græco Καιέων, quod hic Aeneæ classis incensa sit; Leander à Laconius dictum, ait à curuitate, quoniam hi curua vocant Caietas.

MA

Formianum villa Ciceronis, dicta & Caietana, medio itinere inter Caietam, & Formias, certè Valer. Max. ait Cic. casum in villâ Caietanâ: hodie *la villa di Cicerone*.

AV-

FORMIA Municipium, Laconum opus Straboni lib. 5. sic dictæ quasi ὅρμη, quia hic crebræ stationes; Lestrygonum ciuitas fuit, quia hanc Λεστρυγόνην vocat: item quoque Lamivrbs, & domus Antiphatis apud Homerum dicitur, ut probat Cluuerius: hodie *Mola*.

CO-

MINTVRNÆ Colonia, & Minturna paulò supra Liris Fl. ostia, vbi rudera vrbis ostenduntur: male dicitur hodie *Traiecto* in collibus ex aduerso illorum ruderū. Ad eam paludes Minturnenses in quibus delituit nudus Marius 7. Consul; item & lucus Maricæ, quam aliqui Venerem arbitrantur.

CON-

FVNDI, Municipium & Colonia in Agro Cæcubo ad lacum Fundanum: hodie *Lago di Fundi*, vrbis ipsa Fundi. Ager autem ille Cæcubus licet palustris fert vinum generosissimum; dulce est & Albano crassius ait Dioscorides; hoc Lestrygoniam amphoram, flexu poëtico cecinit Horatius.

TI-

Vescia oppidum, & Vescinus ager, incolæ Vesciates & Vesciani: extendebat ille ager inter Molam, & Minturnæ rudera; sed locus Vesciæ vrbis non potest assignari.

NENS

Ausonia quoque vrbis, cuius meminit Liuius, vbi fuerit ignoratur.

AV-

MASSICVS mons huc quoque ex parte spectat: hodie monte Dragone.

RVN-

Item & LIRIS Fl. de quo suprà in Volscis.

NVM.